

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Turbo, sive moleste et frustra per cuncta divagans
ingenium**

Andreä, Johann Valentin

Altorfii, 1620

Scena II.

[urn:nbn:de:bsz:31-138638](#)

S C E N A II.

Turbo. Horatius. Pollux. Harleq.

T. Eugenoster Harlequin, quid furit?
holla Harlequin, Monsieur Harlequin redi ad te. Har. hic quidem locus est acceptæ ac datæ injuriæ. hor. Quis te offendit? har. Vellem perires, cujus seductione, hic sumus, ubi nobis lingua inutilis est, & manibus oportet loqui. hor. Sis propititus mihi Signor., nam faxo brevi utaris lingua tuâ, uti ha-
ctenus. har. Etiam hodie? hor. Fortassis. T. Vah neglige illum. Nam haud facilius placabis, quam si finas animum, defer vesceré. ho. Sed de his terris quid tibi videtur? T. Optimè equidem consulisti: qui enim facilius hanc superbā opinionem ejecissem, neminem nisi domi suæ sapere? hor. Nonne tot ingeniorum diversitas ingenium tuum fingit & refingit? T. Fateor omnino, sed rusticitatis me pudet meæ, qui ad placidos illorum & amabiles mores, corpus adfero tam inflexible. hor. Id quidem. Pollux hic optimè flectet, facietq; ductile ma-

le magis, quam est cera. T. Ego me tibi
in disciplinam dedo, flecte, incurva,
complica, extende, uti libuerit. P. Ars
nostra minus periculosa erit. T. Nonne
sic salutabo Amicum? P. Benè. T. Eu
Nobiliorem ita? P. Tenes: sed Regem.
quomodo salutabis? T. Id ex te sciам.
P. Ita porto Puellam honestam. T. Ten-
tabo. P. Nimium primis. T. Amor mo-
derabitur. H. Diū Deaq; omnes, prope-
rate in auxilium nobis, nam hi neq; poti-
sunt, neq; loti, neq; pasti, & ebrii tamen
sunt: eredo ab aere. Ecce immanem-
stultitiam! quid pedibus ac manibus ge-
sticulantur! ô Turbo, si illud voluisti,
conduxisses domi simiam, & didicisses
mille circulationum formas. Ædepol si
hac ad virtutem viaitur, itet est ridicu-
lum. P. Iam varia sunt præcepta for-
mandorum membrorum, ut stes ele-
ganter, ambules decéter, quæ cuncta ad-
disces paulatim. T. Verum quid inde
ad me redundabit solidi? Hor. Illud ut
quóquo te vertas, concilies tibi homi-
num gratiam, dicarisq; uti corpore, ita
Ingenio versatilis. Har. Turbo, ubi ha-
bes illud vulgare tuum, heu mihi! Hor.
Quid

Ego me
te, incurva
uerit. P. A.
rit. T. Nōm
Benē. T. B.
sed Regen
extesciam
am. T. Ten
Amor mo
nnes; prope
hineq; pori
ebrii tamen
immanem
manibus ge
lud volvut
& didicilla
as. Aedopol
tet est ridicu
præcepta for
ut stes ele
quæ cuncta ad
im quidi inde
Hor. Illud
lies tibi hom
ti corpore,
Turbo, ubi
eu mihi! H
Q

Quid tu vis tibi? Har. Ut malè sit tibi,
qui ex scholarum otio nos pertraxisti
ad inepta negotia, duplo mihi jam quam
antè est deterius. Hor. Nescio an Mo
num tecum habeas, an famulum, ita
dentibus est formidabilis. Sed nos annē
paulisper ludimus! T. Chartisne. H.
Ha, puerilia, pilâ minore aut ballonis.
T. At ego nec vidi hos lusus unquam. H.
Suspiciabar, ita estis in scholis abjecti,
sed eamus ad locum lusus. Ne dubites,
cum annum inter hos eris homines,
multa tibi consueta erunt, quæ nunc vi
denter nova. T. Nescio, quid mihi fiat?
ut nervis trahimur, alienis mobile lignum.
Har. Nōnne heu mili! Hor. Allousdonc.
Har. Eamus, posteaquam ita irati nobis
sunt Dii, ut quotidie reddamur ineptio
res. Mihi sanè, ut prævideo, viven
dum posthac erit inter confli
ctus perpetuos.

SCE.